

Beati

Gregorij

pape

Gregorius uedit
purgatorium

Quis sciam in purgatorio purgari
debdante

Gregorius in uerbis
Pauli purgatorium
dicitur

de quibusdā leuibus culpa esse ante iudiciū purgatorius ignis credendus est pro eo quōd ueritas dicit: quod si quis in sancto spiritu blasphemiā dixerit: neque in hoc seculo remittit ei neque in futuro. In qua sententiā dicitur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam uero in futuro posse laxari. Quōd enim de uno negat. Neque intellectus patet quod de quibusdā conceditur. Sed tamē ut predicti hoc de ignis minimis peccatis fieri posse credendum est: sicut est aliquid ociosus sermo: in moderatus risus uel peccatum cure rei familiaris: que uix sine culpa uel ab ipsis agit: qui a culpa: qualiter declinare debeat: sciunt: aut non in grauius rebus error ignorat: que circa etiam post mortē grauiat si adhuc in hac uita peccatis minime fuerit relaxata. Nam cum Paulus dicat xpm esse fundamentū atque subtingat. si quis supedificauerit super hoc fundamentū aurū: argentū: lapides preciosi: ligna: fenu: stipulā: unius cuiusque opus quale sit: ignis probabit. si cuius opus manserit quod supedificauit: mercedē accipiet. si cuius opus arserit: detrimentū patiet. ipse autē saluus erit. Sic tamē quasi per ignem: quous hoc de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito possit intelligi: tamen si quā hec de igne future purgationis accipiar: pensandū sollicitē est quod illū per ignem dicitur posse saluari. nō qui super hoc fundamentum ferrū: uel plumbū edificat. id est peccata maiora et lectio uirtuosa. atque tunc iam insolubilia: sed ligna fenu stipulā id est peccata minuta atque leuissima quae ignis facile consumat. hoc tamē sciendū est quia illic saluus de minimis nihil quisque purgationis obtinebit nisi bonis hoc actibus in hac adhuc uita positus: ut illic obtineat: promereatur.

De anima Paschasij dyaconi:
Cap. XXXIX.

Am cum adhuc esset iuuenulus
atque in layco habitu constitutus
narrari a maioribus atque a
sciētibus audiui quod Paschasius

huius apostolice sedis dyaconus cuius apud nos rectissimi et luculenti de sancto spiritu libri extant mire sanctitatis uir fuerit elemosinarum maxime operibus uacans cultor pauperum et contemptor sui. Sed hic in ea contentione que in ardescere zelo fidelium inter Symachum atque Laurentium facta est ad pontificatus ordinem Laurentium elegit et omnium post unanimitate superatus in sua tamē sententia usque ad diem sui exitus persistit illum amare. ideo atque preferendo quem episcoporum iudicio posse sibi ecclesia refutauit. Hic itaque cum temporibus Symachi apostolice sedis presulis esset defunctus eius ualua tiam feretro superposita demoniacus tetigit statimque sanatus est. Post multum uero tempore Germano Capuano episcopo cuius superius memoratus feci medici pro corporis salute dictauerat ut in angularibus terminis lauari debuisset. Qui ingressus easdem terminas predicti Paschasij dyaconi statim et obsequenter in caloribus inuenit. Quo uiso uehementer extremum et quid illic tantus uir faceret inquisiuit. Cui respondit pro nulla alia causa in hoc penali loco deputatus sum nisi quod in parte Laurentij contra Symachum sensi. Sed queso te pro me dominum deprecare atque in hoc cognosces quod exauditus sis si huc redies me non inuenieris. Quia de te uir domini Germanus se in precibus strinxit et post paucos dies rediit sed iam dictum Paschasium in loco eodem minime inuenit. quia enim non malicie sed ignorantie errore peccauerat: purgari post mortem a peccato potuit. Quod tamē credendum est: quod ex illa elemosinarum suarum largitate hoc ut tunc possit promereri ueniam cum tam nil posset operari.

Cur in extremis temporibus
tam multa de animabus clarescant
que antea latuerunt.

Cap. XL.

Petrus.

Ad hoc est queso te quod in his
extremis temporibus tam multa
de animabus clarescunt que ante